



**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs  
missis**

**Venetijs, 27. Okt. 1501**

Missa qinq[ue] plaga[rum] sa[n]ctissimi corp[or]is iesu [christ]i. Jntroit[us].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

stis. **Et dicitur.** Credo. **Of**  
**ferto.** Protege domine plebem  
tuam per signum sancte crucis  
ab omnibus insidijs inimicorum  
omnium: vt tibi gratas exhibea  
mus seruitutem: et acceptabile  
tibi fiat sacrificium nostrum. alla.

**T** E domine sup. **Secre.**  
pliciter deprecamur: vt  
plebs tua christiane dedita fi  
dei celebrando: gloriose ima  
ginis filij tui passionem eter  
ne vite consequi premia me/  
reatur. Per eum. **Præfatio de**

**cruce.** Eterne deus. Qui sa/  
lutem humani generis. **Co.**  
Redemptor mundi signo crucis  
ab omni nos aduersitate custo/  
di: qui saluasti petrum in mari  
miserere nobis alla. **Postcom**

**T** Na nobis piissime deus  
ad sit clementia deprecā  
tibus: vt sicut venerā de ima  
ginis filij tui saluatoris mun/  
di venerabile hodierna die  
celebram<sup>9</sup> triumphuz: ita qz  
ab oi infestatione iniquorum  
spūm erepti: incessanter ad/  
hercamus laudib<sup>9</sup> tuis. p eum.

**Missa quinq; plagaz factis/  
sunt corpus iesu xpi. Introit<sup>9</sup>**

**M** Amiliauit semetipm  
dn̄s iesus xps vsq; ad  
mortē: mortē at̄ crucē  
propter quod et de<sup>9</sup>  
exaltauit illum: et donauit illi no

men quod est super omne nomē  
p̄ illas misericordias domini ieter/  
num cantabo: in generatione et  
progenie. **Glōria. Oratio.**

**O** domine iesu xpe qui de  
celis ad terram de sinu  
patris descendisti: et in ligno  
crucis quinq; plagas sustinui  
sti: et sanguinem tuū in remis/  
sionem peccatorum nostrorum  
fudisti: te humiliter deprecā/  
mur: vt in die iudicij ad dex/  
teram tuā audire mereamur  
venite benedicti. Qui viuīs  
et regnas in vnitate eiusdem  
spūs sancti deus. per omnia.

**Lectio zacharie pphete. ca.**

**Et dicit domi<sup>9</sup> 12. 2. 13.**

**H** nus de<sup>9</sup>: effundam sup  
domū dauid: et super omnes  
habitantes hierusalem: spm̄  
gratie et miserationis: et aspi  
cient in eum quē confixerūt:  
et plangent euz planctu: qua  
si super vnigenitum: et dole/  
bunt super eum: vt doleri so/  
let in morte primogeniti. In  
illa die erit plāctus magn<sup>9</sup>  
in hierusalem et dicet: Que  
sunt plage iste: in medio ma/  
nuum tuaruz? Et dicet hīs.  
Plagatus sum in domo eo/  
rum qui diligebant me. Fra/  
mea suscitare super pastorem  
meum: et super virum cohe/  
rentem mihi: dicit dominus

ll ij



exercituum: Percussa pasto-  
rez: et dispergentur oves. Sit  
dominus ops. **Grad.** Impio-  
perui expectavit cor meum et mi-  
seriam: et sustinui qui simul me-  
cum contristaretur: et non fuit con-  
solantem me: quesivi et non inue-  
ni. **V.** Et dederunt in escam meam  
fel: et in siti mea potauerunt me  
aceto. **Alleluia.** **V.** Ave rex noster  
tu solus nostros miseratus erro-  
res: patri obediens ductus es ad  
crucem: mansuetus ut ovis occi-  
sus es: tibi gloria eterna: tibi trium-  
phus et victoria: tibi summe lau-  
dis: honoris corona: alleluia. **Se-**  
**quentia.**  
**O** Enam cum di-  
scipulis xpe celebrasti. Et  
mortem ap'lis palam nunciasti. Et  
auctorem sceleris iudam demō-  
strasti. Et egressus p'tinus hortu-  
lum intrasti. **T**unc p'cidens do-  
minus se humiliter prostravit.  
Et transferri calicem a se postu-  
lanit. Sed p'ris arbitrio illud re-  
laxavit. Et ecce mox sanguinis su-  
dor emanavit. **I**udas post hos  
osculū ori dedit xpi. Inquit dñs  
amice ad quid venisti. Nunquid  
tradis osculo quez iam vendidi-  
sti? **A**ssistetes p'inus irruerūt mi-  
nistri. **N**ox in somnis itaqz tota  
ducebat. **N**ulla pro'fus requies  
iesu parabatur. **A**magistrozū im-  
pia plebs iniuriat. **A**lapis et co-  
laphis innocens mactatur. **O**ū

iesum eripere pilatus conat. **I**n-  
deorus furia magis inflāatur.  
Et tumult' populi ingens exci-  
tat. Et plebis vox intonat ut cru-  
cifigatur. **T**raditur militibus:  
et vinculis alligatur. **A**ndiqz ver-  
beribus corpus cruentatur. **L**a-  
put regis glorie spinis coronat.  
Postquā flexis genibus quisqz  
irritatur. **E**cce caro tenera p'ij  
saluatoris: **A**d columnam neq-  
ter coartat loris. **S**ic flagellis  
ceditur impij tortoris. **Q**uā emā-  
nat rivuli vndiqz cruozis. **P**ost  
per vrbis medium iesus proce-  
debat. **E**t crucis patibulum hu-  
meris ferebat: **A**d fores et ad ho-  
stia populus fluebat: **E**i'usqz cō-  
fusio omnibus patebat. **A**d pu-  
doris tumulum iesu denudaris.  
Et vētis ac frigozi nudus spolia-  
ris. **I**nnocēs cū impijs in cruce  
dānaris. **E**t q'si dux sceleris me-  
dio locat. **T**ēsno ligno brachijs  
manus cōclauantur. **C**hristi ca-  
ro trucibus clavis perforantur.  
Merui vene simili modo dilani-  
tur. **P**edū plāte et ferro concla-  
uant. **R**undūt riuos sanguinis  
fontes saluatoris. **P**ropans huc  
ala currat peccatoris. **U**t hauri-  
at q'ppiam sacrati liquoris. **Q**ui  
frequēius liniat vulnera dolo-  
ris. **V**oquēs iesus postea sitio  
dicebat: **S**el acetum protinus in  
deus miscebat: **A**c infusam spon-

Z 2007

P. 152

p. 152

S. p. 152



giam ori porrigebat: Quod de-  
 gustans paululum sumere nole-  
 bat. **O** iesu mirifice qd ē quod  
 agebas. Tu de siti conquerens  
 de cruce silebas. Nunquid hunc  
 dolorem magis sentiebas. Cre-  
 do quod hoīs salutem exprime-  
 bas. **V**ocem promens vltimas  
 patrē inuocasti. Spiritūq; mani-  
 bus eius cōmendasti. Cum cla-  
 more valido tandem expirasti.  
 Sic salutē hominū omnipotēs  
 opus consumasti. **Q**uo ego su-  
 perbio tu humiliaris. Ego cōspas  
 per petro tu pena grauaris. Ego  
 pomū mordeo tu felle potaris.  
 Nil solia desidero tu dire tracta-  
 ris. **O** emum nulla valet mens  
 vel lingua fari: Quantus virgo  
 creditur intus cruciari. Duz cer-  
 nit iam mortuū latus vulnerari.  
 Atq; nati viscera lancea rimari.  
**C**orpus quod est mortuum iā  
 nil sentiebat. Sed militis lancea  
 matrem cruciabat. Quam fixam  
 in filij latere videbat. Unde aqua  
 sanguine mixta affluebat. **H**id  
 hunc ergo propere fontem sal-  
 uatoris. Ut fluētis quippiā hau-  
 rias dulcoris. Atq; vite lauacrū  
 z precium cruoris. Hinc tua cu-  
 ratio proflua languoris. Amen.  
**Ecce euāgelij fm iōannē. c. 19.**  
**I**n illo tempore. Sciens  
 iesus qd iaz omnia con-  
 sumata sunt: vt psumaret scri-

ptura dixit: Sitio. **C**las ergo  
 positū erat aceto plenū. Illi  
 aut spongiam aceto plenam  
 p sopo circūponentes: obtule-  
 runt ori eius. Cum ergo acce-  
 pisset iesus acetum: dixit. **E**ō  
 sumatū ē: z inclinato capite.  
 emisit spiritum. **I**udei ergo  
 quoniam parasceue erat: vt  
 nō remanerēt in cruce corpo-  
 ra sabbato: erat enīz magnus  
 dies ille sabbati: rogauerunt  
 pilatū vt frangerentur eorūz  
 crura z tollerentur. **V**enerūt  
 ergo milites: z primi quidez  
 fregerunt crura: z alterius q  
 crucifixus est cum eo. **A**d ie-  
 sum autem cum venisset z vi-  
 dissent eum iam mortuūz nō  
 fregerunt eius crura: sed vn⁹  
 militum lancea latus eius a-  
 peruit: z continuo exiit san-  
 guis z aqua. **E**t qui vidit te-  
 stimonium perhibuit. **E**t scri-  
 mus quia verum est testimo-  
 niū eius. **O**ffero. **I**nsurrexe-  
 rūt i me viri absq; misericordia  
 quesierunt me interficere: z non  
 pepercerunt in faciē meam spue-  
 re: z lanceis suis vulnerauerunt  
 me: z concussa sūt oia ossa mea.  
**O** Blatum tibi **Secreta.**  
 domine sacrificiū inter-  
 cedente vnigeniti filij tui pas-  
 sione: viuificet nos semper z  
 muniat. **Q**ui tecum. **D**icitur  
 D uij



## Raphaelis.

**prefatio de cruce.** Qui salutē  
humani generis. **Oratio.** So-  
derūt manus meas et pedes me-  
os: et dinumerauerūt omnia os-

**O**mnis **Postcō.** sa mea.  
Iesu christe fili dei viui:  
qui hora sexta pro redemptio-  
ne mundi crucis patibulum  
ascendisti: et sanguinem tuum  
preciosum in remissionē pec-  
catorū nostrorum sudisti: te hu-  
militer deprecamur ut post obi-  
tum nostrum: paradisi ianu-  
as nos gaudenter introire cō-  
cedas. **Qui viuis.** **Missa ar-**  
**changelii raphaelis. Introi.**

**R**ego sum azarias ana-  
nie magni filius: ego  
sum raphael archan-  
gelus: vnus ex septē  
qui astamus ante conspectus do-  
mini: pax vobis: nolite timere:  
dominus exaudiuit preces ve-  
stras: et misit me ad vos: ut curē  
vos alla. **ps.** Benedicite domi-  
nus omnes electi eius: agite diē  
letitie. et confitemini illi. **ps.** **Blis**  
**O**mnis qui beatum **Oratio.**  
Raphaelis archange-  
lum: thobie famulo tuo pro-  
perante preuium direxisti: et  
inter huius vite ac vite varie-  
tates atq; discrimina donasti  
custodē: da quesumus: ut eius-  
dem protegatur auxilio: q̄-  
tenus et vite presentis vitam?

pericula: et ad gaudia valea-  
mus peruenire celestia. **Per.**

**Lectio libri thobie. 12.**  
**O**mnis angelus raphael  
ad thobiam. Et enī sacramē-  
tum regis abscondere bonū  
est. Opera autem dei reuela-  
re: et confiteri honorificum ē.  
Bona est oratio cum ieiunio  
et elemosyna: magis q̄ thesau-  
ros auri recondere. Quoniam  
elemosyna a morte liberat: et  
ipsa est que purgat peccata:  
et facit inuenire vitam eternā.  
Qui autem faciunt peccata  
et iniquitates: hostes sunt ani-  
me sue. Manifesto ergo vo-  
bis veritatem: et non abscōn-  
dam a vobis sermonem oc-  
cultum. Quando orabas cum  
lachrymis: et sepeliebas mor-  
tuos: et dereliquebas pran-  
dium: et abscondebas mortu-  
os per diē in domo tua: et no-  
cte sepeliebas eos: ego ob-  
tuli orationem tuam domino.  
Et quia acceptus eras deo:  
necesse fuit ut temptatio pro-  
baret te. Et nunc misit me do-  
minus ut curem te: et saram  
uxorem filij tui a demonio li-  
berem. Ego sum raphael an-  
gelus: vnus ex septem qui a-  
stamus ante dominum. Cum  
hec audissent turbati sunt: et  
trementes ceciderunt super